

exuunt formam et in novam transeunt. ubi aliquid animus diu protulit et magnitudinem eius sequendo lassatus est, infinitum coepit vocari. quod longe aliud factum est quam fuit, cum magnum videretur, sed finitum. eodem modo aliquid difficulter secari cogitavimus: novissime crescente hac difficultate insecabile inventum est. sic ab eo, quod vix et aegre movebatur, processimus ad immobile. eadem ratione aliquid secundum naturam fuit: hoc in aliam proprietatem magnitudo sua transtulit et bonum fecit. VALE.

SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Quotiens aliquid inveni, non expecto, donec dicas 1 CXVIII 'in commune'. ipse mihi dico. quid sit, quod invenerim quaeris. sinum laxa, merum lucrum est. docebo, quomodo fieri dives celerrime possis. quam valde cupis audire! nec inmerito: ad maximas te divitias conpendiaria ducam. opus erit tamen tibi creditore. ut negotiari possis, aes alienum facias oportet, sed nolo per intercessorem mutueris, nolo proxenetæ nomen tuum iactent: paratum tibi creditorem dabo Catonianum 2 illum, a te mutuum sumes. quantulumcumque est, satis erit, si, quidquid deerit, id a nobis petierimus. nihil enim, mi Lucili, interest, utrum non desideres an habeas. summa rei in utroque eadem est: non torqueberis. nec illud praecipio, ut aliquid naturæ neges — contumax est, non potest vinci, suum poscit — sed

20 *M. Catonis rel. p. 79 Iord.*

3 longe sed ge supra versum m. antiqua A || 4 uidetur sed re super scr. B || 5 finito A || 9 magnitudo sua B magnitudine A || 10 facit A. lacunam signavit Haase VALE rubricatum in A || 11 inscriptio epistulae rubricata BA || 13 cōmune B || 14 lucru est A || 17 creditore ex creditori corr. B || 21 illud s non recte praetulit Jordan || 22 deerit s dederit BA altera d ex r correctæ A sed deerit, non derit traditur etiam de benef. V 7, 5 M. Cato ait 'quod tibi deerit, a te ipso mutuare' || 24 an supra versum antiqua ut visum est m. A || 25 neges sed n super add. antiqua m. A